 „ bebatur Ordinario alterius ritus, ad quem transitus ex postulatur; atque hic etiam suam sen-
 „ tentiam scripto significabit, et omnia transmittet ad S. Sedem, quae vel per se, vel per suum
 „ delegatum decernet, utrum transitus permittendus sit nec ne. In casibus autem urgentibus,
 „ qui moram non patiuntur, Ordinarius illius ritus, ad quem transitus exposcitur, audito, me-
 „ thode superius enunciata, Ordinario alterius ritus, a quo dimittendus est Orator, transitum
 „ admittet provisorie, et sub conditione, si a S. Sede transitus hic confirmabitur.

„ b. A die publicationis in itae Concordiae in unaquaque Dioecesi utriusque ritus facien-
 „ dae terminus sex mensium praefigitur, intra quem licitum erit partibus, quae arbitrario ri-
 „ tum mutarunt, ad ritum suum redire, atque hoc desiderium Episcopo utriusque ritus partes
 „ eaedem insinuabunt. Praedicto autem termino elapso, illi qui hac facultate usi non fuerint,
 „ si laici sint, in ritu illegaliter assumpto ex Apostolico indulto perpetuo manebunt, si vero
 „ sint Ecclesiastici, ad S. Sedem singillatim recurrant, ut provideat.

„ c. Ab eodem die publicationis Concordiae, si sacerdos sive latini sive rutheni ritus
 „ quempiam illegitime transeuntem sciens et volens ad suum aggregaverit ritum, aggregatio
 „ talis sit nulla et irrita; et insuper sacerdos, qui hoc grave piaculum admiserit, si regularis
 „ sit, obnoxius erit poenis statutis in Constitutione Benedicti XIV, quae incipit *Demandatam*
 „ *coelitus*; si vero sit e clero saeculari sive parochus sive operarius, prima vice spiritus recol-
 „ lectionibus octo dierum, secunda vice quatuordecim dierum, tertia demum vice suspensione
 „ a divinis ipso facto incurrenda, et pro casus gravitate etiam beneficii privatione, si paro-
 „ chus est, (praevio processu judiciali) si operarius inhabilitatione per triennium ad curatum
 „ beneficium obtinendum puniatur. Quod si quispiam celato nativo ritu, fidelibus alterius ritus
 „ se jungeret, et a sacerdote alterius arbitrario assumpti ritus obsequia spiritualia expeteret
 „ et obtineret, subdolos ille actus, licet post decursum plurium annorum in lucem demum
 „ prodierit, sit nullus et irritus; sacerdos tamen qui advenam suis ovibus inscius adnume-
 „ rabat, insons declaretur, et nonnisi eundem ad ritum nativum relegare teneatur. Si vero
 „ etiam indubitata de nativo advenae ritu obtenta notitia, obsequia spiritualia eidem praestare
 „ pergeret, jem sciens et volens talem advenam suo gregi adnumerare nititur; hinc poenis
 „ superius positis subjiciendus est.

B. Sub respectu functionum sacrarum sive liturgico.

„ a. Utriusque ritus sacerdotes, qui censuris ligati non sunt, in Ecclesiis mutuis cum
 „ facultate rectoris Ecclesiae licite super altaribus sive consecratis, sive portatilibus, sive su-
 „ per antimensiis, ut in Ecclesia graeca moris est, singuli tamen suo ritu et sua lingua litur-
 „ gica ex Apostolico indulto missas celebrare possunt.

„ b. Pari modo offerre possunt sacrificium Missae in Oratoriis privatis canonice erectis
 „ aut sacellis cum licentia Episcoporum in pagis et coemeteriis reperibilibus sacerdotes utrius-
 „ que ritus, ast semper praevia licentia Parochi, in cujus jurisdictione sacellum situm est.
 „ In Oratoriis latinorum sacerdotes latini ritus (juxta Bullam Benedicti ~~XIV~~ ^{XV}, quae incipit *Im-*
 „ *posito nobis*) tantum super consecrato altari vel super lapidea pariter consecrata tabula, non
 „ autem super antimensiis missas celebrare tenentur.

„ c. Si localis Ecclesiae rector censuerit devotioni et aedificationi fidelium id profutu-
 „ rum, ut in majori populi eo cursu persolvatur devotio, nonnisi in altero usitato ritu, e. g.
 „ parastasis, aut decantatio Evangeliorum tempore comitationis fuuerum, aut alia similia, ni
 „ obest, quatenus devotiones tales peragantur. Peragi autem debent nonnisi ab illis sacerdo-
 „ tibus, in quorum ritu devotiones illae usitantur, et remuneratio, quae a populo pro tali devo-
 „ tione offertur, non rectori Ecclesiae sed sacerdoti functionem peragenti cedat.

„ d. Non licet Sacerdotibus unius ritus in Ecclesia alterius ritus (nisi a respectivo pa-
 „ rocho expresse invitati fuerint) benedictiones salis, aquae, frugum, thuris etc. peragere.

„ e. Visitare loca thaumaturga, (sive sub regimine latinorum, sive rutheno-catholicorum
 „ sacerdotum existant) cuilibet liberum maneat, sintque imagines aliaeque res in uno ritu ve-
 „ nerabiles aequaliter etiam in altero ritu aestimatae.

C. Sub respectu administrationis sacramentorum.

„ a. Nullus sacerdos proles alterius ritus baptizare praesumat, nisi necessitas ob pericu-
 „ lum mortis infantis, aut hyemis inclementia, locorum distantia, itinervis difficultas obstant,
 „ quominus baptisma a proprio sacerdote administrari possit. Baptismus autem in hisce rerum

adjunctis collatus nullo modo ritus mutationem involvit, neque ad hujusmodi mutationem ullum praetextum aut colorem praebere poterit. Quilibet baptismum in praedictis necessitatibus aut gravis difficultatis circumstantiis peragens sacerdos utatur rituali sui ritus. Sacerdotes vero rutheno-catholici proli ad latinum ritum spectanti sacramentum baptismi in iisdem commemoratis casibus administrantes, etiam confirmationis sacramentum conferre nullatenus audeant sub poena suspensionis a divinis ipso facto incurrendae, salvis aliis poenis arbitrio Episcopi infligendis. Actus autem baptismi in necessitate vel gravi difficultate, ut supra, collati inscribatur in libro separato pro baptisate prolium alterius ritus, atque in eo adnotetur quod baptizata proles ad alium ritum pertineat. Demum de collatione hujus baptismi respectivus parochus via officiosa irremore informetur.

b. Fideles utriusque ritus apud sacerdotem latini vel rutheni ritus a suo Episcopo Ordinario adprobatum peccata sua confiteri et beneficium sacramentalis absolutionis valide ac licite obtinere possunt. Sacram vero Communionem nemo aliter ac in suo ritu sumat, scilicet latini sub una specie ac in pane azymo, rutheno-catholici sub utraque specie, et in pane fermentato. Curent autem Episcopi, ut in locis thaumaturgis seu latinis seu ruthenis tot alterius ritus sacerdotes a parochis invitentur, quot sufficere possint ad Missam celebrandam, et sacram Communionem distribuendam juxta proprium fidelium sive ruthenorum sive latinorum ritum.

c. Matrimonio benedicit secundum antiquissimam in dioecesibus nostris vigentem consuetudinem parochus sponsae. Idem quoque in matrimoniis mixti ritus, ubi sponsorum unus est ritus latini et alter ritus rutheni, servandum, et talia matrimonia a parochis sponsae benedicenda sunt, nisi ambo sponsi contrarium petierint. In benedicendis talibus matrimoniis tempus sacratum, quod in utroque ritu diversum est, observari debet, et ne conscientia alterutrius sponsi laedatur et aliis fidelibus scandalum praebetur, cavendum quoque est, ne benedictio matrimonii in diem jejunii in hoc vel in altero ritu praescripti incidat.

d. Si ad infirmum sacramentis providendum proprii ritus sacerdos haberi nequit, potest illi etiam alterius ritus sacerdos extremam unctionem oleo sacro in suo ritu usitato administrare: sacram vero Viaticum etiam infirmis non nisi juxta eorum ritum a proprii ritus sacerdote porrigi debet. Deficiente autem sacerdote proprii ritus valeat ex Apostolico indulto latinus a presbytero rutheno in fermentato, et ruthenus infirmus a presbytero latino in azymo sacram Viaticum accipere.

Nec baptismus a sacerdote alterius ritus urgente necessitate vel in gravi difficultate, ut supra dictum est, collatus, nec confessio peccatorum coram tali sacerdote facta, nec sacra Communio ex ignorantia sive inadvertentia aut consilio ritum mutandi juxta alterum ritum sumpta, nec denique sacramentum extremae unctionis ab alterius ritus sacerdote in articulo mortis obtentum, transitum ab uno ad alterum ritum producere possunt.

D. Sub respectu ineundorum matrimoniorum et Educationis prolium.

a. Matrimonia inter rutheno et latino-catholicos praepedire non licet. De talibus vero Matrimoniis ineundis proclamationes in Ecclesiis utriusque ritus omnino instituendae, non nisi tunc promulgari incipiant, si sponsi utriusque ritus condiciones lege praescriptas impleverunt. Eo fine sponsus a suo parochis scripto exaratam contestationem expetat, qua confirmetur omnes praescriptas condiciones ex parte sponsi esse adimpletas, et inchoandis proclamationibus intenti matrimonii nil obstare.

„ Hanc contestationem parochus sponsae admanuabit, et similem contestationem intuitu sponsae ab eodem obtentam, parochus suo adferendam habet Adquisita hoc modo certitudine de adimpletis conditionibus, uterque parochus ad inchoandas proclamationes procedat. Graviter reprehendatur sacerdos proclamationes ideo protrahens aut impediens, quod pars ad ejus ritum spectans, alterius ritus sponsum sive sponsam sibi elegerit, aut qui ex hac causa testimonium bannorum sine mora extradere detrectaret, aut demum tali testimonio non producto, matrimonio benedicere praesumeret.

„ *b.* Juxta antiquam praxim, prout jam superius notatum, benedicit matrimonio parochus sponsae.

„ *c.* In posterum ubique proles e matrimoniis mixti ritus progenitae educabuntur in ritu parentum juxta sexum. Ad evitanda autem gravia incommoda in familiis mixti ritus, per dispensationem ab Ordinariis impetrandam facultas fiat dies festos et jejunia observandi juxta unum eundemque ritum, si ita parentes inter se conveniant, quin exinde ritus ipsius mutatio ullo modo deduci valeat. In matrimoniis tamen clericorum Ruthenorum abhinc universa proles sequi debet ritum patris, atque uxor latina per dispensationem ab Ordinario impetrandam facultatem obtineat festos dies et jejunia servandi juxta ritum ruthenum. Episcopi pariter dispensare poterunt cum famulitio in familiis mixti ritus sustentato, ut circa jejunia et festos dies sese accommodent conventioni inter conjuges, ut supra dictum est, in iustis; ast diebus dominicis et festis in utroque ritu in eandem diem incidentibus devotiones in Ecclesia sui nativi ritus tam conjuges ac filii quam famuli peragere possunt. Praedictas vero dispensationes Ordinarii concedent tamquam Apostolicae Sedis delegati.

„ *d.* Quia vero lex retro non agit, ideo si certo constiterit alicubi matrimonia ea lege contracta fuisse, ut universa proles ritum patris sequatur, subsistens usus ad evitandas in familiis et actis parochialibus confusiones, impertita sanatione a Summo Pontifice, ultro servetur.

„ *e.* Illegitimae proles sequantur matris ritum.

E. Sub respectu mutui adjutorii

„ *a.* In baptizando adjutorium non feratur, nisi in casu urgentis necessitatis aut gravis difficultatis, prouti jam superius notatum est.

„ *b.* Omnis sacerdos a suo Ordinario adprobatus et a respectivo Ecclesiae rectore requisitus, absque ritus discrimine fidelium confessionem audire, et eosdem a peccatis licite et valide absolvere potest. In assignandis satisfactionis operibus ratio diversitatis ritus habeatur, et non nisi talia eligantur opera, quae in ritu poenitentis sunt usitata. Nulli sacerdoti ad hoc non auctorizato, absolvere a reservatis ab Ordinariis licebit Hoc fine omnes Ordinariatus casus a se reservatos informandi cleri causa sibi invicem communicabunt.

„ *c.* Absque proprii parochi requisitione nullus sacerdos mortuos alterius ritus sepelire praesumat. Si fideles mortuos suos in coemeterio alterius ritus sepelire optant, sepulturae non impediuntur. Si ad supulturam talem proprius parochus advenerit, prouti sint sacerdotes alterius ritus usum campanarum, luminarium, feretri etc. concedere erga justam remunerationem ei, ad quem pertinet, praestandam. Funeralem devotionem aut catechizationem juventutis in Ecclesia alterius ritus peracturus sacerdos de secuturo suo adventu rectorem hujus Ecclesiae praeve informare tenetur, qui curare obligatur ut et Ecclesia patefiat, et peragendae devotiones parochiales ita ordinentur, ut cum secutura devotione alterius ritus non coincident et se invicem turbent.

„ d. In solemnibus processionibus pulsus campanarum mutuo et gratis concedatur.

„ e. Generatim jura parochialia e. g. circa domorum, esculentorum; paschaliū etc. benedictionem nemo involare praesumat.

„ f. Episcopis suas Dioeceses canonicè visitantibus, etiam sacerdotes alterius ritus honorem et obsequia spiritualia promptè praestent.

„ g. Ne inter sacerdotes latini et rutheni ritus in processionibus, sessionibus et aliis solemnitatibus ecclesiasticis simul peragendis, de praecedentiae ordine controversiae oriantur, quibus charitas et mutua animorum concordia turbetur, decretum S. Congregationis Rituum datum 16. Februarii 1630, quo in causis praecedentiae inter Episcopos latini et Episcopos graeci ritus uniti statuitur, nullam aliam rationem, ceteris paribus, inter illos habendam esse, quam antiquitatis eorum promotionis ad Episcopatum, permittente Sanctitate Sua, pro norma in posterum habebitur ab universo utriusque ritus Clero ita ut ad designandam prioritatem in ejusmodi solemnitatibus simultaneè peragendis non ritus diversitas, sed tempus ordinationis aut qualitas Ecclesiasticae dignitatis consideretur. „

Post haec Sanctitas Sua, cui apprimè perspectum est arctissimis charitatis vinculis Leopolienses praesules inter sese conjungi, et singulari zelo erga oves sibi concreditas inflammari, eosdem vehementer hortatur, ut toto animo incumbere pergant ad concordiam in suis dioecibus stabiliendam, et illud certum exploratumque habet ope hujusmodi conventionis praeteritas controversias omnino diremptas iri, et hinc plurima bona et jucundae pacis, quae a Deo est, uberrimos fructus Latinis et Graecis ecclesiasticae provinciae Leopoliensis fore obventuros.

Datum Romae ex aedibus Sacrae Congregationis de Propaganda Fide pro negotiis ritus orientalis die 6. Octobris 1863.

ALEXANDER CARD. BARNABÓ PRAEF.

Joannes Simeoni *a secretis.*

Praeter hocce Decretum, alias quoque obtulimus ejusdem S. Congregationis de Propaganda Fide pro negotiis ritus orientalis Litteras, quarum tenorem pariter Vobiscum communicamus: -

R. P. D. Josepho Hoppe, Vicario, Capitulari Dioecesis Premisliensis r. l. Premisliae.

Illustrissime ac Reverendissime Domine!

Perjucundum mihi est, Amplitudini Tuae transmittere tuis impressum decretum diei 6. Octobris anni proxime elapsi, quo Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa IX juxta sententiam ab Eminentissimis hujus S. C. Patribus editam in generalibus comitiis habitis die 30. Septembris ejusdem anni approbari mandavit, novas conventionis tabulas ab Ordinariis ecclesiasticae Provinciae Leopoliitanae exaratas, ad pacem et concordiam inter ecclesiasticos viros latini ac rutheni ritus servandam ac fovendam.

Jam porro Sacra haec Congregatio ultro sanciendo censuit propositae conventionis articulos nonnullis dumtaxat peractis immutationibus, ut videre est in decreto superius memorato et hisce literis adnexo.

Eidem S. Congregationi admodum acceptum erit, ut quilibet in sua dioecesi Episcopus, eo quem aptiorem existimaverit modo, curet certiores reddendos confessarios ulterius ritus circa conscientiae casus, quorum absolutionem sibi reservandam judicavit.

Attenta autem antiqua istarum dioecesium consuetudine, quae non absque gravi perturbationum discrimine tolli posse affirmatur; retinendi scilicet in nonnullis Ecclesiis sub eodem tabernaculo SS. Eucharistiam sub speciebus sive azymi sive fermentati, Sanctissimus Dominus Noster indulget, ut huiusmodi consuetudo in praesentiarum toleretur, modo tamen sedulo removeantur abusus, qui ex ista promiscua asservatione possent exoriri, sicuti ex. gr. ille, foret, quo latinus sacerdos extrahat sacramentum Eucharistiae in fermentato vel Ruthenus in azymo fidelibus alterius ritus communionem administraturus. Sic etiam abusivus mos ille censendus, quo latinus sacerdos idem sacramentum in azymo conferat fidelibus graeci ritus, et vicissim ruthenus sacerdos in fermentato praebet fidelibus latini ritus. Hoc enim non ad lubitum conceditur, sed tantum urgente gravi necessitate, qua juxta articulum C. §. d. Ruthenis id licere asseritur, ad modum simplicis declarationis, latinis vero ex Apostolico indulto permittitur.

Haec ex mandato S. Congregationis significanda erant Amplitudini Tuae, quam Deus diutissime sospitet.

Datum Romae ex Aedibus S. Congregationis de Propaganda Fide pro negotiis ritus Orientalis die 25. Januarii 1864. Dominationis Tuae Addictissimus Al. C. Barnabo. Praefectus—Joannes Simeonis a secretis. —

Licet ex hisce Documentis mens atque voluntas Sacrae Sedis Apostolicae sat luculenter ac perspicue pateat, nullique ambiguitati locum relinquat, tamen, ut in dioecesium, quas respicit, modo uniformi executioni detur, nuperrime easuper Leopoli cum Excellentissimo Domino Archiepiscopo ac Metropolita Leopoliensi ritus latini, uti etiam cum Illustrissimo ac Reverendissimo Metropolita graeci ritus consilia contulimus, atque cointelligenter cum iisdem sequentia adhuc Vobis, Venerabiles Fratres intimanda esse duximus, quae etiam Clero alterius ritus per respectivos Ordinarios pro stricta observatione intimatum iri, in promissis accepimus.

Ad passum Decreti A. a. quo arbitrarius transitus de ritu ad ritum stricte prohibetur - observamus: praescriptionem isthanc non demum a die publicationis Decreti hujus infra statuto, sed jam a momento, quo praesentes litterae ad Vos pervenerint, in conscientia Vos obligare, Vobisque sub poenis in Decreto enuntiatis prohiberi, etiam ante Decreti istius publicationem quemquam e ritu graeco ad latinum quocumque sub praetextu suscipere.

Ad passum A. b. Die Dominica secunda Adventus anni eurrentis, quae incidit in 4. Decembris, in omnibus parochiis, in quarum ambitu fideles ritus graeco-catholici mistim cum Latinis degunt - populo ad sacra congregato perlegendae sunt e suggesto sacro Litterae Nostrae Pastorales, sub hodierno ad populum lingua polonica editae, quas una cum praesentibus Litteris Vobis transmittimus.

Dies itaque 4. Decembris 1864 consideranda erit qua dies publicationis suprafati Decreti, atque ab hac die currere incipiet terminus sex mensium citato passu Decreti praefixus, intra quem licitum erit partibus, quae arbitrare ritum mutaverunt, ad ritum suum nativum redire. Integrum erit sacerdotibus, praefixo termino durante, persuasionibus uti, ut partes quae arbitrarie ritum mutarunt, ad ritum nativum redeant; nullo autem modo licebit illis ad hunc finem media coactiva adhibere, ne plena partium libertas, Decreto Apostolico indulta tollatur aut minuatur.

Ad passum A. c. Poenae, quae in Constitutione Benedicti Papae XIV ddo. 24. Decembris 1743, quae incipit: „Demandatam coelitus,“ in Sacerdotes Regulares, qui inconsulta Sede Apostolica aliquem de ritu graeco ad latinum susceperint, statuuntur, ipso facto incurrendae sunt: privatio vocis activae et passivae, et inhabilitas ad quemcumque gradum et officium in suis respective ordinibus, Institutis et Congregationibus.

Ad passum B. a. observamus: In ecclesiis sui ritus quivis sacerdos secundum consuetudinem suae Ecclesiae super altari debite praeparato celebrare tenetur; adeoque sacerdoti latino in Ecclesia latina super antimensio graeco celebrare non licet.

Ad passum C. a. Injungimus Reverendis DD. Curatis— in quorum parochiae ambitu fideles ritus graeco-catholici mistim cum Latinis degunt — ut irremore duos novos conficiant libros metricales ad inscribendos actus super personis ritus graeco-catholici, in adjutorium proprii earum parochi assumptos, unum videlicet Baptisatorum, et alterum Mortuorum.

Venerabiles DD. Decani circa Visitationem Decanalem speciatim convictionem sibi procurabunt, praefatos libros praesto esse, eosque diligenter manuteneri. Parocho autem, qui ejusmodi actum in adjutorium parochi alterius ritus assumerit, incumbet actum istum non tantum in concernentem separatim librum statim inscribere, sed insuper absque dilatione extractum metricalem administrati actus respectivo parochi pro facienda in illius libris metricalibus inscriptione via officiosa transmittere. Quodsi autem in parochiis, in quarum ambitu fideles ritus graeci non habitant, adeoque nec libri separati pro inscribendis actibus ministerialibus in adjutorium parochi alterius ritus administratis extant, aliquando acciderit, actum talem sive baptismi sive sepulturae personae ritus graeci administrare, tunc quidem parochus actum hunc ^{illis} libris parochialibus inscribet, extractum tamen metricalem actus administrati competenti parochi ritus graeci, aut si hic non esset notus, Consistorio huic transmittet, inde ulterius promovendum.

Ad passum C. c. Dies jejunii in ritu graeco observandi, atque tempori sacro adnumerandi, in quibus benedictio matrimonii inter personas mixti ritus prohibetur, sequentes specificantur.

1. Quadragesimale jejunium a Dominica lacticiniorum sive Quinquagesima Graecorum usque ad Pascha; praeterea vero tempus sacrum a Paschate usque ad Dominicam Antipaschatis seu in Albis.
2. Jejunium „Petriwka“ dictum a Dominica I. post Pentecosten Graecorum usque ad festum SS. Apostolorum Petri et Pauli, seu usque ad 10. Julii novi styli inclusive.
3. A die 13. Augusti novi styli usque ad festum Obdormitionis seu Assumptionis B. M. V. seu usque ad 26. Augusti novi styli inclusive.
4. Ipsa dies festa Decollationis S. Joannis B., quae est 10. Septembris novi styli.
5. Ipsa dies festa Exaltationis S. Crucis, quae 26. Septembris novi styli.
6. Jejunium Adventus Graecorum „Pytypiwka“ vocitatum, a die 15. Novembris novi styli usque ad 5. Januarii novi styli inclusive.

Ad passum D. c. A sacra Sede Apostolica authorizati ad tribuendas dispensationes quoad servandos dies festos et jejunia juxta unum eundemque ritum in matrimoniis mixti ritus, tenore praesentium omnibus Reverendis DD. Curatis subdelegamus facultatem, dispensandi ex concessione Apostolica cum personis latini ritus ad servandos dies festos et jejunia juxta ritum graecum, tam cum membris familiae mixti ritus, si parentes ita inter se convenirent, quam etiam cum famulatio in ejusmodi familiis sustentato, ut circa jejunia et festos dies sese accomodet conventioni inter conjuges, ut supra dictum est, in itae.

Quod vero attinet latinis uxores Sacerdotum ritus graeco-catholici, facultatem dispensandi cum iisdem ad servandos dies festos et jejunia juxta ritum graecum Nobis Ipsiis reservamus; quae igitur dispensationes de casu ad casum a Nobis impetrandae erunt.

Ad passum E. b. Ut sacerdotes Nostri ritus confessiones personarum alterius ritus excipientes sciant, a quibusnam peccatis absolutionem illis impertiri nequeant, transcribimus hic casus in Dioecesi ritus graeci Premisliensi Sedi Ordinariae reservatos. Sunt vero sequentes: procuratio abortus, simonia, percussio Clericorum, sui ipsius mutilatio, confessio sine casu necessitatis coram Presbyteris non unitis et absolutio complicitis peccati contra sextum praecipuum patrati.

Insuper hortamur Confessarios, ut circa injungenda poenitentibus ritus graeci opera satisfactoria, consuetudini in eorum ritu viginti sese accomodent, quare pia opera in nostro tantum ritu consueta, veluti: recitationem coronarum rosarii, litaniarum, aliave similia poenitentibus ritus graeci non imponant, sed potius injungant sic dictas adorationes (pokłony) jejunia, quae non cadunt diebus alioquin in ritu graeco jejunii lege obstrictis, recitationem Orationis Dominicae, aliaque similia.

Decretum Apostolicum, quod modo Vobis, Dilectissimi in Christo Fratres publicamus, firman ac inviolabilem legem constituit, et abhinc qua unica quoad puncta in illo determinata procedendi norma valebit, cui igitur ex animo odhaerere, et in omnibus exacte conformari nos oportet, Quare etiam applicatio illarum legum Ecclesiasticarum, quae hactenus a Clero unius alteriusve ritus ad deducendo jura sua passim invocari solebant, ut sunt: Rescripta Urbani P. VIII. dd. 7. Februarii et dd. 7. Julii 1624, sicut et Bulla Benedicti P. XIV. „Etsi pastoralis“ amplius locum habere non potest, nec ad eas provocare licebit.

De caetero vos, Fratres Dilectissimi! enixissime hortamur et in Domino obsecramus, ut mutua cum Venerabili Clero ritus graeco-catholici pacem, concordiam et charitatem fraternam continuo servare adnitamini. Uni eidemque Domino servimus, unam eandemque S. Romano-catholicam Ecclesiam matrem nostram veneramur, uni eidemque Capiti, Pontifici Romano, S. Petri Successori et Supremo Christi hisce in terris Vicario obedientiae, reverentiae ac filialis amoris vinculo unimur, eadem legatione Christi fungimur, ducendi animas pretiosissimo Christi sanguine redemptas ad vitam aeternam, sicut et vocati sumus in una spe vocationis nostrae. Quapropter sollicitos nos esse oportet „servare unitatem spiritus in vinculo pacis“ (Ephes. 4. 3) „charitate fraternitatis invicem diligentes, honore invicem praevenientes“ (Rom. 12. 10.) Prima autem conditio pacis est justitia, nam „opus justitiae pax“ (Jes. 32. 17.) „fac justitiam, et habebis pacem“ (Augustinus.) Apostolico Decreto mutuae Cleri utriusque ritus relationes definitae, mutua jura obligationesque circumscripta sunt; quare religiosa praescriptionum hujus Decreti Apostolici observatio ex utraque parte, mutuae pacis ac concordiae fundamentum constituat necesse est. Quapropter iterum iterumque Vos in Domino excitamus, ut isthoc Decretum Apostolicum diligenter relegatis, ejus praescripta continuo prae oculis habeatis, eaque ad amussim exequi studeatis; et fiet quod scriptum est: „Justitia et pax osculatae sunt“ (Psal. 84. 11).

Verum pax haec et concordia non externa tantum sit, sed sit sincera, non in ore tantum posita, sed et in corde; „concors enim ille dicendus est, qui corda jungit“ (S. Aug.). Tunc primum experiemur, quae habet Psalmista: „Ecce quam bonum et quam jucundum habitare fratres in unum; . . . quoniam illic mandavit Dominus benedictionem et vitam usque in saeculum“ (Psal. 132); etenim „ubi concordia, ibi bonorum confluxus, ibi spiritualis laetitia“ (S. Chrysost.) E contra „triumphus daemonum est dissensio Christianorum“ (Aug.). quanto magis igitur discordia Cleri Sane „inimicus homo hoc fecit“ (Math. 13. 28.) seminando discordiam, ut extinguat charitatem, „Vae homini illi — dicit S. Bernardus — per quem unitati

vinculum jucundum turbatur! Judicium profecto portabit, quicumque est ille. Ante mihi contingat mori, quam audire in vobis quempiam juste clamitantem: „filii matris meae pugnaverunt contra me.“ Quare si alicubi vinculum fraternae charitatis relaxatum vel etiam abruptum fuit, illud rursus arctius nectere studeamus, ut concordi animo et viribus unitis gloriam Dei promoveamus et aeternam animarum nobis concreditarum salutem procuremus, insidiantesque Ecclesiae Christi hostes eo feliciter debellemus. Concordes erimus „sicut castrorum acies bene ordinata“ (Cant. 6. 9.) quae omnes hostium ossultus eludit, „frater, qui adjuvatur a fratre, quasi civitas firma“ (Prov. 18. 19); etenim „in pace factus est locus Domini“ (Psal. 75. 3.); discordes autem vincemur, nam „ubi dissentiones, lites et proelia sunt, ibi non' est Jesus“ (Origines) et „quidquid capit divisionem, et interitum capiat necesse est.“ (Lactantius.) Quare iterum cum Apostolo monemus: „Pacem habete, et Deus pacis et dilectionis erit vobiscum“ (II. Cor. 13. 11.) „Et pax Dei, quae exsuperat omnem sensum, custodiat corda vestra et intelligentias Vestras in Christo Jesu“ (Philipp. 4. 7.)

Premislae die 15. Octobris 1864.

Antonius Josephus, Episcopus.

ANTONI JÓZEF MANASTYRSKI,

Z BOŻEJ I STOLICY APOSTOLSKIEJ ŁASKI

BISKUP PRZEMYSKI

OBRZ. ŁAC., DOKTOR Ś. TEOLOGII.

**Wszystkim Wiernym Diecezji Przemyskiej obr. łac. pokój i błogosławieństwo
w Panu!**

Od dłuższego czasu zachodziły pewne nieporozumienia między duchowieństwem obrządku łacińskiego i ruskiego w kraju naszym pod względem obopólnych praw i obowiązków w sprawowaniu posług pasterskich. Nieporozumienia te głównie ztąd pochodziły, że się w zapatrywaniu na wzajemne między obu obrządkami stosunki, i zawisłe od nich prawa i obowiązki pasterskie nie trzymano jednostajnych zasad, gdyż według mniemania jednych, te, według zdania drugich, inne przepisy kościelne zastosowywano. Ażeby więc usunąć zachodzące wątpliwości i nieporozumienia, i uchylić powód do sporów, jakie nie bez uszczerbku miłości braterskiej, i nie bez szkody jedności kościoła i zbawienia dusz niekiedy toczyły się, zebrali się Zwierzchnicy Duchowni galicyjskich diecezji obu obrządków jeszcze w r. 1853. i zawarli między sobą umowę, w której się jednomyślnie zgodzono na zasady, mające służyć za podstawę do urządzenia wzajemnych między obu obrządkami stosunków, a oraz za pewną skazówkę postępowania dla duchowieństwa. By zaś ustanowieniom tym większej nadać mocy i nieodzowną trwałość im zapewnić, zawartą umowę przedłożono

do zatwierdzenia świętej Stolicy Apostolskiej, której najwyższy wyrok we wszystkich sprawach kościelnych ostatecznie stanowi; a następnie w roku zeszłym na życzenie Ojca świętego sami Zwierzchnicy dyecezyj galicyjskich osobiście udali się do Rzymu, celem dania ustnie obszerniejszych wyjaśnień, i przyspieszenia pożądanego tej sprawy załatwienia. Tam tak samemu Ojcu świętemu, jak też wyznaczonym do tego Kardynałom cała sprawa jak najdokładniej wyłożoną została, i w obec Kardynałów ustanowienia rzeczonyj umowy powtórnie ściśle roztrzasane były, przyczem pierwotnie zawarta umowa na nowo uchwaloną, zaś w niektórych punktach zmienioną została. Następnie umowa ta po pilnem jej przez dotyczącą kongregacyę kardynałów zbadaniu, uzyskała od szczęśliwie nam panującego Ojca świętego, Piusa IX. ostateczne zatwierdzenie, które też Dekretem świętej kongregacyi de Propaganda Fide zwanej, dla spraw obrządku wschodniego ustanowionej, wydanym dnia 6. Października 1863. oznajmionem Nam zostało.

Przyjąwszy Dekret ten z powinną czią i powolnością, i z uczuciem głębokiej wdzięczności dla Ojca świętego, który pomimo tylu tak ważnych zajęć i uciążliwych prac w zarządzie całego kościoła św. katolickiego po wszystkim świecie, z szczególną troskliwością i niniejszą sprawą zajmować się raczył, przystępujemy teraz do ogłoszenia Wam, najmilsi w Chrystusie, treści onego Dekretu, która nie tylko dla duchowieństwa, ale też i dla Was jest nstawą nader ważną, świętego i sumiennego zachowania wymagającą.

Pomijając ustępy, które się wyłącznie samego tylko duchowieństwa tyczą, podajemy do Waszej wiadomości te punkta, które Was bliżej obchodzą.

A) Pod względem przejścia z jednego obrządku na drugi postanowiono :

„Każdy jest obowiązany trzymać się stale obrządku, w którym się „narodził, a przejście dowolne, potępione już wielu ustawami i dekretami, tak „do Misionarżów i wiernych na wschodzie, jako też do tutejszych krajów wy- „danemi, ponownie zabrania się najsurowiej, i jakimkolwiekby sposobem je u- „skutecznilo, ogłasza się za żadne i nieważne. Dlatego niema być wolno „nikomu przechodzić z jednego obrządku na drugi bez pozwolenia świętej Sto- „licy Apostolskiej. Ponieważ zaś niekiedy albo nagła potrzeba wymaga, albo „rozsądne powody doradzają przejście z jednego obrządku na drugi, przeto w ta- „kich wypadkach będzie mogła nastąpić zmiana obrządku, wszelako tylko z su- „miennem zachowaniem następującego porządku. Osoba pragnąca przejść z je- „dnego obrządku na drugi, ma prozbę podać do swego właściwego dyecezal- „nego Biskupa, i wyłożyć w niej dokładnie i wiernie przyczyny, które zmia- „nę obrządku pożądaną czynią. Biskup dyecezalny objawi pisemnie swe zdanie

„tak o samej proźbie, jak i o podanych przyczynach, a dokument ten przedłoży
 „się Biskupowi tego obrządku, na który proszący przejść pragnie. Ten ostatni
 „Biskup także objawi swe zdanie na piśmie, i przesze wszystko świętej Stolicy
 „Apostolskiej, która albo bezpośrednio, albo przez swego Delegata rozstrzygnie,
 „czy przejście ma się dozwolić, czy nie. W nagłych zaś i zwłoki nie cierpiących
 „wypadkach, Biskup tego obrządku, na który proszący przejść chce, zasiągnąwszy
 „wprzód w sposób wyżej określony zdania Biskupa drugiego obrządku, z któ-
 „rego proszący uwolnionym być pragnie, dozwoli przejście prowizorycznie, i pod
 „warunkiem, jeżeli stolica Apostolska przejście to zatwierdzi.”

„b) Począwszy od dnia ogłoszenia zawartej umowy, mającego nastą-
 „pić w każdej dyciezyi obu obrządków, postanawia się sześciomiesięczny ter-
 „min, w którym wolno będzie tym stronom, co dowolnie zmieniły obrządek, po-
 „wrócić do swego obrządku; życzenie zaś takowe mają one oznajmić Biskupom
 „obydwóch obrządków. Po upływie wszelako rzonego terminu mają ci, któ-
 „rzy z tego pozwolenia nie skorzystają, jeżeli są stanu świeckiego, pozostać na
 „mocy indultu Apostolskiego na zawsze w obrządku nieprawnie przyjętym; je-
 „żeli zaś są stanu duchownego, mają się osobno udawać do stolicy Apostolskiej,
 „aby rozporządziła, co potrzeba.”

„c) Gdyby ktokolwiek zataiwszy rodzimy swój obrządek, przyłączył
 „się do wiernych drugiego obrządku, i od kapłana onego dowolnie przyjętego
 „obrzędka żądał posług duchownych, i takowe otrzymał, podstępny ten czyn,
 „choćby dopiero po upływie wielu lat na jaw wyszedł, będzie żadnym i
 „nieważnym.”

B) Pod względem funkcji świętych, czyli pod względem liturgicznym stanowi ustępowo:

e) „Każdemu wiernemu wolno zwiedzać miejsca cudami słyńące,
 „(czy one zostają pod zarządem kapłanów łacińskich czy rusko-katolickich,) a
 „obrazy i inne rzeczy, które są przedmiotem czci w jednym obrządku, należy
 „i w drugim równie czcić i szanować.”

C) Pod względem udzielania świętych Sakramentów uchwalono co do chrztu św.

„a) Niech się żaden kapłan nie waży chrzczyć dzieci drugiego obrządku,
 „wyjąwszy potrzebę, jeżeli niebezpieczeństwo śmierci (dziecięcia), lub ostrości
 „zimy, odległość miejsc, albo trudności podróży przeszkadzają, iż własny kapłan
 „chrztu udzielić nie może. Atoli chrzest, w takich okolicznościach udzielony,
 „żadną miarą nie stanowi zmiany obrządku, ani też może nastężyć jakikolwiek
 „pretext lub pozór do takowej zmiany.”

W tem miejscu musimy przypomnieć Wam, Najmilsi w Chrystusie, że każdy wierny obowiązany jest, nowo narodzone dziecię do chrztu św. nieść **do swojej własnej parafii**, wyjąwszy tylko wypadki od stolicy świętej powyżej wymienione.

Co do Sakramentów pokuty i Ciała i Krwi Pańskiej rzeczona ustawa postanawia:

„b) Wierni obu obrządków mogą spowiadać się swych grzechów przed „kapłanem łacińskiego lub ruskiego obrządku, byleby miał od swego właściwego Biskupa upoważnienie do słuchania spowiedzi, i mogą od niego otrzymać ważne i godziwie rozgrzeszenie sakramentalne. Lecz świętej Komunii nie godzi się nikomu inaczej przyjmować, jak tylko w swoim obrządku; to znaczy „łaciownikom pod jedną postacią i w chlebie przaśnym, a rusinom-katolikom pod „oboma postaciami i w chlebie kwaszonym.”

Do tego ustępu osobno jeszcze musimy Wam, Najmilsi, oznajmić, co nam święta Stolica Apostolska reskryptem św. kongregacyi de Propaganda Fide dla spraw obrządku wschodniego, z dnia 25. Stycznia 1864. oświadczyła, Wierni obrządku łacińskiego tylko od kapłana łacińskiego komunią świętą według obrządku kościoła łacińskiego, a przeciwnie Wierni obrządku ruskiego, tylko od kapłana obrządku grecko-katolickiego komunią świętą według obrządku kościoła grecko-katolickiego, to jest pod oboją postacią chleba i wina przyjmować mogą; tak iż ani kapłan łaciński nie może dawać Rusinowi komunii świętej według obrządku ruskiego pod oboją postacią chleba i wina, i w chlebie kwaszonym, ani też kapłan ruskiego obrządku nie może dawać Łaciownikowi Komunii świętej według obrządku kościoła łacińskiego w chlebie przaśnym.

Co do innych Sakramentów, rzeczona umowa stanowi:

„c) Według starodawnego, w dyecezyach Naszych istniejącego zwyczaj, błogosławi małżeństwo pleban narzeczonej. To samo należy zachować „w małżeństwach mieszanych, w których jedna strona jest obrządku łacińskiego, „a druga ruskiego: takowe małżeństwa ma błogosławić pleban narzeczonej, „wyjąwszy gdyby oboje narzeczeni przeciwnie sobie życzyli. Przy błogosławieniu takich małżeństw należy uwzględnić czasy święte (czyli zakazane), które „w obu obrządkach są odmienne: aby nieobrażać sumienia narzeczonego lub „narzeczonej, i nie dawać wiernym powodu do zgorzenia, przestrzegać należy, „aby ślub nie przypadł na dzień postu w jednym lub drugim obrządku przepisanego.”

„d) Gdyby do zaopatrzenia chorego św. Sakramentami, nie można przyzwać kapłana tego samego obrządku, może kapłan drugiego obrządku udzielić mu Sakrament ostatniego namaszczenia olejem świętym używanym w swo-

„im obrządku. Święty zaś Wijatyk chorym tylko w ich obrządku i od własnego „ich obrządku kapłana udzielonym być powinien. Wszelako w braku kapłana „własnego obrządku dozwala się na mocy indultu Apostolskiego, aby Łacinnik „mógł przyjąć święty Wijatyk z rąk kapłana ruskiego w chlebie kwaszonym, „a Rusin chory z rąk kapłana łaćńskiego w chlebie praśnym.”

„Ani chrzest od kapłana drugiego obrządku w razie nagłej potrzeby „lub wielkiej trudności, jako się wyżej rzekło, udzielony, ani spowiedź przed „takim kapłanem uczyniona, ani Komunia święta z niewiadomości lub nieuwa- „gi, albo też w zamiarze zmienienia obrządku, w innym obrządku przyjęta, ani „wreszcie Sakrament ostatniego Namaszczenia od kapłana innego obrządku w „niebezpieczeństwie śmierci przyjęty, nie mogą zdziałać przejścia z jednego „obrządku na drugi.

D) Pod względem zawierania małżeństw i wychowania dzieci, uchwalono:

„a) Nie należy stawiać przeszkody zawieraniu małżeństw między kato- „likami ruskiego i łaćńskiego obrządku. Zapowiedzi takich małżeństw powinny „być koniecznie głoszone w kościołach obu obrządków, głoszenie zaś wtedy „tylko rozpocząć należy, gdy narzeczeni obu obrządków dopełnią warunków „prawem przepisanych. Tym celem zażąda narzeczony od swego plebana pi- „semnego poświadczenia orzekającego, że ze strony narzeczonego wszystkie „przepisane warunki są dopełnione, i że rozpoczęciu głoszenia zapowiedzi ma- „żeństwa zamierzonego nic nie przeszkadza. Takowe poświadczenie doręczy ple- „banowi narzeczonej, a uzyskane od niego podobne poświadczenie co do na- „rzeczonej, ma przynieść swemu plebanowi. Nabywszy tym sposobem pewności „o dopełnieniu warunków, obadwa plebani poczną głosić zapowiedzi. Surowo „skarcić należy kapłana, któreby zapowiedzi dlatego zwlekał, lub im przesko- „dy stawiał, że należąca do jego obrządku strona, wybrała sobie narzeczonego „lub narzeczoną innego obrządku, albo któryby z tej przyczyny wzbraniał się „wydać niezwłocznie świadectwo zapowiedzi, albo wreszcie ośmielił się bez „takowego świadectwa małżeństwo błogosławić.

„b) Według starodawnego zwyczaju, jako się wyżej rzekło, daje „ślub pleban narzeczonej.

„c) Odtąd wszędzie dzieci z małżeństw mieszanego obrządku zrodzone, „mają być wychowane w obrządku rodziców według płci. Aby zaś zapobiedz „wielkim niedogodnościom w rodzinach mieszanego obrządku, wolno będzie „na mocy dyspensy, którą od właściwych Biskupów wyjednać należy, zacho- „wywać święta i posty według jednego tylko obrządku, jeżeli się rodzice na „to zgodzą, z czego jednak żadną miarą nie będzie można wywodzić zmiany

„samego obrządku. Wszelako w małżeństwach Duchownych ruskich otdąd „wszystkie dzieci mają się trzymać obrządku ojca, a żona łacińskiego obrządku „wyrobi sobie u swego Biskupa dyspensę zachowywania świąt i postów według obrządku ruskiego. Podobnie będą mogli Biskupi dyspensować słuźących, „utrzymywanych w rodzinach mieszanego obrządku, aby mogli co do postów i dni świątecznych zastósować się do umowy między małżonkami, jak „wyż powiedziano, zawartej, jednak w Niedziele i święta w obu obrządkach „na ten sam dzień przypadające, tak małżonkowie jako i ich dzieci i służy „mógą odbywać nabożeństwo w kościele rodzimego swego obrządku. Powyższe dyspensy udzielać będą Biskupi jako delegaci Stolicy Apostolskiej.”

Przy tem zawiadomiamy Was z Naszej strony, że zarazem zlewamy na wszystkich wielebnych księży plebanów Naszych otrzymaną od świętej Stolicy Apostolskiej władzę udzielania dotyczącym osobom obrządku łacińskiego wspomnianych dyspens do zachowywania świąt i postów w jednym tylko obrządku, jeżeli taka między małżonkami stanie umowa. Przecież łacińskie żony kapłanów obrządku ruskiego, każda z osobna do Nas proźbę zanieść mają, abyśmy im na mocy indultu Apostolskiego udzielili dyspensy do zachowywania świąt i postów według obrządku ruskiego.

Co się zaś tyczy wychowania dzieci z małżeństw mieszanego obrządku dotąd już zawartych pod tym warunkiem, ażeby wszystkie dzieci trzymały się obrządku ojca, powyższa ustawa następujący czyni wyjątek:

d) „Ponieważ zaś prawo wstecz nie działa, przeto, gdyby gdzie zachodziła pewność, że w zawartych już małżeństwach zastrzeżono, aby wszystkie dzieci trzymały się obrządku ojca, dla uniknienia niesnasek w rodzinach, „i nieładu w aktach parafialnych, istniejący ten zwyczaj, któremu Ojciec święty udzielił prawomocność, w takim małżeństwie i nadal zachowanym być „ma.”

c) „Dzieci nieprawego łoża mają się trzymać obrządku matki.”

E) Pod względem wzajemnej pomocy orzeka punkt

c) „Żaden kapłan, nie wezwany przez właściwego plebana niech „się nie waży grzebać umarłych innego obrządku. Gdyby Wierni pragnęli pogrzebać swoich umarłych na cmentarzu do innego obrządku należącym, pogrzebom takim sprzeciwić się nie trzeba. Jeżeli przybędzie własny pleban „na taki pogrzeb, mają kapłani innego obrządku chętnie dozwolić użycia dzwo- „nów, światła, katafalku i t. d. za uiszczeniem słusznego wynagrodzenia temu, komu należy. Kapłan, który zechce odprawić w kościele innego obrządku

„nabożeństwo żałobne, lub mieć katechizacyą młodzieży, powinien zawiadomić
 „poprzednio o nastąpić mającem przybyciu swoim rządcę tego kościoła,
 „który ma się postarać, aby i kościół był otwarty, i ażeby nabożeństwa pa-
 „rafialne w taki sposób były urządzone, żeby nie wypadły równocześnie z
 „nabożeństwem innego obrządku, i nawzajem sobie nie przeszkadzały.“

d) „W czasie publicznych processyj użycie dzwonów wzajemnie i bez-
 „płatnie ma być dozwolone.

„Te są, Najmilsi w Chrystusie, postanowienia umowy, najwyższą po-
 „wagą Stolicy Apostolskiej zatwierdzonej, a tem samem w prawo wszystkich
 „ściśle obowiązujące zamienionej. I zapewne sumienne zachowanie tych prze-
 „pisów przyczyni się do wzmocnienia i utrwalenia węzła braterskiej miłości,
 „która wiernych obu obrządku połącza.

„Ażeby zaś postanowienia te do wiadomości doszły wszystkich wo-
 „hec i każdego z osobna, niniejszy list pasterski ma być odczytany z ambon w
 „drugą niedzielę adwentu, to jest 4. Grudnia r. b., i od tego też dnia ma
 „być liczony termin sześciomiesięczny, w ciągu którego zostawia się wolność
 „powrotu do rodzimego obrządku tym, co poprzednio nieprawnie obrządek swój
 „zmienili.

Łaska Pana naszego Jezusa Chrystusa niech zostawa z Wami zawsze, Amen.

Dań w Przemyślu dnia 15. Października 1864.

Antoni Józef, Biskup.



Przemyśl.

Drukiem Michała Dzikowskiego,

dzierzawcy drukarni gr. kat. 1864.